



Veritur primo an ille laicus sapienter et ordinate desiderauerit et pecierit. Secundo an isti fratres recte sibi negauerit. **H**abuerunt etiam idem fratres consuetudinem quod plures persone missas redimerent oēs in unum numerum associandi et pecunias multas recipiendi. verbi gratia hodie post prandium venit quidam petens triginta missas pro anima patris sui iam defuncti. **E**xhinc post hanc venit secundus petens totidem pro aīe sue uxoris. **I**tem ante et post vesperas veniūt tertius et quartus totidem missas celebrare petētes pro suis defunctis. **M**odo cū vno tricenario missarum putant se omnibus satisfacere. **R**esponsio ad predictorū dubiorū qualēcumque solutionē et si forte nō omnimodā satisfactionē ex quo studia doctorum nō multa de hijs legūtur tractasse. tamē in particulari pauca. **O**portet ergo pium lectorē cōtentum esse in hijs. que ex manu ductione doctorū. libro quarto sententiā in eorū scriptis reperit. per viā autem resolutionem procedēdo clarior responsio relucebit. **O**ccurrūt primo persona suffragium postulans. secundo persona suffragium in pendens. tertio ipsius suffragium scilicet missae celebratio sine sacrificiū in missa celebrata oblatū. quarto **I**ntēcio tam petētis suffragiū quā cōferentis. **C**uiuslibet ergo parti